

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

XXXIX. Exceptio quarumdam Indulgentiarum a generali suspensione  
durante anno Jubilæi indicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO  
1725.

XXXIX.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

143

ANNO  
1725.

Declaratur, quasdam Indulgencias in generali Indulgenciarum suspensiōne, Anno Jubilaei durante, iuncta, minime comprehendi: & quādam alia Indulgētia conceditur.

Inter alias excipiuntur Indulgētiae concessae ab Ann. XI. Conf. ed. 1678. Oct. 1. Comitibus SS. Viaticis, que confirmata, & ampliata fuerunt ab Ann. XII. Conf. ed. 1695. Jan. 5. P. 4. Et alia hujus Conf. ed. 1725. Apr. 28. P. 1. Fit facultas Christi Fidelibus consequendī etiam suspensas Indulgētias, in suffragium tamē Animarum Purgatorii.

Dat. 2. Martii  
1725. An. I.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christi-Fidelibus presentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Enumeratione  
Indulgētiārum, que sub  
prædicta suspenſione mi-  
nime com-  
prehenduntur.

Ecce Romanum Pontificem quarumdam Indulgētiārum, & graciārum Spiritualium concessiones, que ad Divini cultus incrementum, & ad augendam Fidelium devotionem, Animarumque salutem promovendam peculiarter imperiti dignoscuntur, ab iuncta Anno Jubilaei generali earumdem Indulgētiārum suspensiōne excipere, ne circa eas, aliquibus dubitandi occasio prebeatur.

S. 1. Quoniam itaque Nos nuper sub generali suspensiōne hujusmodi, nec Indulgētias Altariorum privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis, nec alias quacumque eodem modo pro solis ipsis Defunctis concessas venire, sed quas Vivi si lucrari possunt cum facultate illas per modum suffragii Animabus eorumdem Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus applicandi suspensas esse, minusque Indulgētias concessas in articulo Mortis in facultate illas aliis communicandi cestare, neque a Sancta Romana Ecclesiā Cardinalium de Latere Legatis, & Apostolicā Sedis Nunciis, ac Episcopis in usu, seu exercitio Pontificalium, aut in impartienda Beneficione, aliave forma, conuetae concedi solitas; sicuti etiam perdurare facultates Tribunalis Officii Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, auctoritate Apostolica instituti, ejusque Officialium, Missionariorum quoque, & Ministrorum, qui ab eodem Tribunali, seu a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præposita, vel alias a Sede prædicta ad id deputati fuerint, & præfertim facultates absolvendi ab hæresi illos, qui abjuratis eorum erroribus, capaces ejusmodi absolutionibus redduntur; Insper Indulgētias a fel. rec. Innocentio XL, & Innocentio XII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die prima Octobris 1678., & die prima Iulii 1695. respective expeditas Literas Christi Fidelibus, qui Sanctissimum Eucharistie Sacramentum, dum ad Iustos deferri contigerit, devote comitati fuissent, aut legitimo impedimento detenti personaliter comitari nequivissent, sed tamen lumen, seu faciem per alios ea occasione deferendum, seu deferen- dam misserint, prout etiam à Nobis per nos- tris in pari forma Brevis Literas die 14. mensis Septembri proxime præteriti emanatas, mane, aut meridie, seu vespere ad pulsum Campanæ flexis genibus Salutationem Anglicam recitantibus concessas, sub præfata suspenſione Indulgētiārum minime comprehen-

di auctoritate Apostolica declaraverimus.

S. 2. Nunc autem universos Christifideles de nostra in præmissis mente, & voluntate certiores reddere, & ad Indulgētias, & gratias Spirituales ejusmodi lucrificandas, quamcumque submota dubietatis occasione, alacrius excite cupientes; Omnibus, & singulis Christi-Fidelibus prædictis declarationem a Nobis, sicut præmitur, editam, quod scilicet memorare Indulgētiae, & gratias Spirituales, durante Anno Jubilaei lucrificeri possint in omnibus, & per omnia, perinde acsi generalis suspensiō praefata non emanasset, tenore præsentium denuntiamus, ac edicimus, palamque, & notam facimus.

S. 3. Præterea ad fovendam, ampliandamque eorumdem Fidelium erga Sanctissimum, Augustissimumque Corporis, & Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi Sacramentum prædictum, pietatem, atque devotionem illis omnibus, & singulis Christi-Fidelibus ubicumque extra Urbem degentibus Confessis, ac Sacra Communione refectis, vel saltē vere contritis, & cum firme proposito confundi, qui in Ecclesiis ubi Oratio quadragesima horarum, durante præfenti Anno Jubilaei, iuncta fuerit, devote eo temporis spatio, quod illis commodum fuerit, oraverint, toties, quoties id egerint Septem annos, & totidem quadragesas de injunctis eis, seu alias quomodo libet debitibz penitentiis in forma Ecclesiæ consueta, dicta auctoritate relaxamus, prout eidem Orationi quadragesima horarum in Ecclesiis Almæ Urbi Nostræ instituta interestibus novissime concessimus.

S. 4. Non obstantibus suspensiōne hujusmodi, ceterisque contrariis quibuscumque. Volun- lum autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, que adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die II. Martii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Declaratio  
prædicta.

Concedū-  
tur Indulgē-  
tiae iis, qui  
fuerint Ora-  
tioni 40. ho-  
rārum ubi-  
cunque.

Clausula.

XI.

Interdicitor Regularibus omnibus, ad quacumque dignitates Ecclesiasticas promotis, ne secum extra Cœnobia ulla bona adspicere audeant.

Similis interdictio pro F. F. Minoribus Conventualibus facta est ab Alex. IV. Conf. ed. 1255. Decemb. 5. P. 1. Et pro F. F. Prædicatoribus a Clem. IV. Conf. ed. 1268. Jun. 9. P. 4. Quæ Constitutiones hic referuntur, & extenduntur ad omnes ordines Regulares.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 7. Martii  
1725. An. I.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Postulat humilitati Nostræ Divina dispensatione commisum Sacrosancti Apostolatus officium, ut quacumque respiciant bonum, tranquillitatem, & commodum Ordinum Regularium, unde plurimum omni tempore non modo splendoris, ac ornamenti, verum etiam utilitatis, acque præsidii Catholice Ecclesiæ accessisse, ac in dies magis accedere satis omnibus notum est; & quorum in Cœtu, nempe in Ordine Fratrum Prædicatorum, Nos ipsos olim fuisse, plurimumque annorum spatio

Proemium.

versatos